

Pag.

726, post **Thriniciam hirtam** insere :

Th. Tripolitana (Schultz Bitsch. Cat. Plant. Cyren. in Bull. Soc. Bot. Fr. tom. XXII, janv. 1875. — Barbey Herb. Lev. p. 141) perennis patule hispida, collo præmorso fibras tenuiter cylindricas edente, foliis numerosis rosulatis oblongo-runcinatis lyratis et ruminatis, scapis unifloris folia duplo superantibus fructiferis apice non incrassatis, capitulis majusculis, involucri phyllis imbricatis livescentibus lanceolatis obtusis medio dorso setis longis albis crispis obsitis, acheniis transverse rugosis marginalibus sensim attenuatis pappo brevi coroniformi fimbriato superatis disci subcurvatis rostro tenui eis longiore pappoque elongato plumoso deciduo terminatis, pluribus effetis sterilibus albis 2.

Hab. in calcareis et ruderalibus ad Mariout prope Alexandriam (Barbey! Letourn.!).

Fibræ radicales ut in *Th. tuberosâ*, sed multo minus incrassatæ, ab eâ cæterum acheniis disci longe rostratis aliena. *Th. hispida* et *Th. Maroccana* acheniis longe rostratis quoque donatæ annuæ sunt radice verticali fibras tenues edente.

735, **Picris Olympica**, adde :

Hab. in glareosis montis Idæ Troadis prope Kareikos (Sint. 511!).

737, **P. pauciflora**, adde :

Hab. in Tauriâ circa Laspi (Rehm.!).

738, **P. Sprengeriana**, adde :

Hab. in Ægypto ad Kahiram (Schweinf.!).

740, **P. radicata**. Ex cl. Ascherson *Crepis radicata* Forsk. non hûc, sed ad *Crepidem senecioidem* spectat. *Picridi radicatæ* igitur nomen **P. lyrata** Del. Eg. 116 substituendum.

743, **Urospermum picroides**, adde :

Hab. in Oasibus Ægypti (Schweinf.! Aschers.!).

744, **Geropogon glabrum**, adde :

Hab. in Ægypti ditone Fayoum et Oasi Farafrâh (Aschers.!).

748, **Tragopogon floccosum**, adde syn. : *T. heterospermum* Schweigg. et *T. Ruthenicum* Besser.

Ar. Geogr. Rossia media et australis, Sibiria.